

feſta ruſticorum. Lexic. Græc. Dicata Pani, ſeu Fauno, qui Græcè Agroteron Theos: id eſt, Deus ruſticorum. Hygin. fabul. 274. Auſon. Edyl. 3. v. 174. Simonid. lib. 4. Antholog. cap. 12. Epigram. 84. Herodot. lib. 2. num. 14. Cicer. 3. de Natur. Deor. & Roſin. lib. 3. cap. 2. ibique Dempſter. Agebantur choreis & fiſtulis per ignemque ſaltabant agreſtes. In hoc feſto erat aliud inſtitutione Bacchi, quo ſimul & hic fugiebat ſcœminas inquirentes, quaſi in Orgijs; & ſcœminæ fugiebant Bacchi ſacerdotem digladiantem, quaſi die illo interficere impunè quibat quamlibet obviam beneferiatam. Origo huiusce feſti à quibuſdam Bœotis ſcœminis, quæ flagrantes carnum humanarum cupidine, liberos teneros in ſortem quaſi porcellos dederunt, quarum ob nefas è templo Bacchi in Agro nijs expulſæ. Caſtellan. d. Refert etiam

Fuga Bacchi à ſcœminis, & earum fuga à ſacerdote Bacchi.

Plutarch. Græcar. qq. 37. Apud Bœotos natus Minyi, Leucippen, Arſinoen & Alcathoen mente commotas, flagraſſe dicunt carnum humanarum cupiditate, ac liberos ſuos in ſortem dediſſe. Cum eveniſſet Leucippes ſors, ſorum viros vocavit, qui ſcientes flagitium, lugubri veſte ex merore & luctu uſi ſunt. Et uxores fugientes bacillis interemerunt. Ad hanc uſque memoriam alternis annis ſit in feſto, quod Agronia dicitur, earum fuga & inſectatio à Liberi-Patris ſacerdote, qui enſem tener; ac juſt eſt occupatam interficere; interſecitque noſtra ætate ſacerdos Zoilus: quæ quidem res parum feliciter ei ceſſit. Ex levi ulcuſculo in ægritudinem incidit, marceſcensque perdiu, tandem expiravit. Cives publicis judicijs injuriæ & penis aſſicti, ſacerdotum tranſtulerunt; atque ex omnibus deſignant optimum. Hæc fuga mulierum. Idem Bacchi fugam deſcribit, in ſympoſ. lib. 8. quaſt. 1. Nugari (inquit) nihil eſt, quàm ſermonem uſurpare vanum & futilem. Loquacitatis incondita eſt, quando in vinum incidit. Non inſcitè igitur apud nos in feſtis Agronijs mulieres Bacchum ut fugitivum requirunt. Inde deſiſtunt, dicuntque eum ad Muſas reſuſſe atque delireſcere apud illas. Optima & ad mores mythologia.

Sacra Proteo.

20 Poſt feſtum Herculis Canopici in Ægypto ſacra celebrabantur Protei, ut pridie vidimus, n. 31. Græci dicunt Proteum, Ægyptij Ceren, de quo Herodot. 2. n. 32. Cujus apud Memphim (ait) viſitur ſanum, decorum ſanè ac valdè adornatum ad adem Vulcani poſitum; circumquaque Phœnicibus Tyrijs habitantibus, qui locus Caſtra Tyrorum appellatur. In hoc ſano eſt ades Veneris Hoſpitæ, quæ Helena; apud illum diverſata. Vide pridie & 9.

Februar. 30. licèt ejuſmodi hoſpitiuſ ſignetur in Protei antecellore, Thule, ſeu Thure à Kircher. Tom. 1. Oedip. Syntagm. 1. cap. 10. Dynaſt. 19. de quo die 24. n. 25. Hunc Regem in varias figuras ſe mutare finxit Græcia, ut diximus loc. cit. & dicitur Iſagog. Jun. n. 6. Ovid. 1. Faſtor. v. 373. Propert. 4. Eleg. 2. & Pier. Valer. 41. cap. 19. Cauſa indicatur à Diodor. Sicul. Ægyptijs enim Principibus (inquit, 1. Biblioth. n. 39.) leonum, taurorum & draconum facies, ut regie poteſtatis inſignia; & nunc arbores, nunc ignem, quandoque etiam ſuffimentorum non pauca fragrantium, in vertice geſtare, moſ erat: ſimul ut his decorè ſe exornarent; ſimul ut ſuporem alijs & ſuperſtitionem iniicerent. Hæc origo ad metamorphoſim

Cur diſtus muſaſſe ſignat

DIES V. MARTIJ.

I Gradus 15. Piſcium, in quo caſus Mercurij: Clavius. Sub illo nati, per terrarum deſerta vagabuntur, vel per incognita maria; juxta ſententiam Firmici. Cancer oritur. Vindemiator emergit. Plin. De Cancro, fuſè Iſagog. Jun. à n. 1. & Jul. n. 23. Ad Hygin. de Signis celeftib. n. 22. & Germanic. Caſar in Arati Phœnom. n. 9. De Vindemiatore, agendum, Iſag. Auguſt. n. 12. Ovid. v. 395.

III. N.

Cum croceis rorare genis Tritonia conjux Cæperit, & quinta tempora lucis agens Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes, Mergetur, viſus effugietve tuos. At non effugiet Vindemiator, &c. Multa hic Anton. Conſtant. & Paul. Marſus. Arcturus interdum emergit. Ptolom. Humerus Equi Pegæſi veſperè occidit. Junctin. K. A. Vir evaginato cultro. Sphær. Arab.

Ovidæ

2 Forſitan in hunc uſque diem reditus Exploratorum ex Jericho. Serar. in Joſue, 6. quaſt. 31. plures aſtruit cauſas, 1. p. cap. 2. quaſt. 5. Ipſa enim Rahab dicit illis, priuſquam è muro demittat per funem, ibid. v. 16. Ad montana conſcendite; ne fortè occurrant vobis revertentes: ibique latitate tribus diebus, donec redeant. Si primo Niſan miſſi ſi, in cuius nocte demiſſi, & per tres dies latuerunt; haud agrè cogitatur in hoc die in caſtra Exploratorum rediſſe. Verùm die 4. reverſos, communis ſententia tenet. Hodie profectò oblatio Samalielis (ante quadrageſimum annum, ſecundum ab exitu ex Ægypto) Principis filiorum Simeon in erectione ac dedicatione Tabernaculi, eiſdem donis, quibus reliqui tribuum Prin-

Reverſo Exploratorum è Jericho.

Principes. Numer. 7. à 36. Ante egreſſum ab Ægypto per Moyſem regioni ſeptima inſecta plaga; nimirum mirabilis grandinis (ut patet, Sapient. 16. à 17. & 19. à 19.) qua plus ignis valebat, aqua oblata virtutis. Exod. 9. à 23. Bonfr. & Leonard. Marius, hic, cum Perenio, Diſput. 12. ex Joſepho, 2. Antiq. cap. 5.

3 Poſt 225. annos juxta Salian. & Torneil. Gedeon exercitum ordinat in certamen adverſus Madianitas & reliquos populos Orientales; tuoque jubet congregari ad fontem Arad. Raich. Vide diem 13. n. 3. Pictus etiam fuit ſons terroris & vaporis à Septuagint. vel qua vius caſtris Philoſtrum (ut dicitur, 1. Reg. 28. 5.) Saul emittit & expavit cor eius nimis; vel propter pavorem forum à Madianitis in eodem prius loco, cum illic adventaret Gedeon. Serar. in Judic. 7. quaſt. 1. Nos arbitramur dictum fontem pavonis à Septuag. Chirod.) quia ibi valere juſit Gedeon, quos præoccupaverat ex hoſtium multitudine in claſicum timor. Unde ſubditur v. 3. Qui formiduloſus & timidus eſt, revertatur. Receſſeruntque de monte Galaad, & reverſi ſunt de populo viginti duo millia virorum. Occurrit in periodo nodus implexus. Galaad mons, unde venerat, eſt ultra Jordanem: ſons Arad in Manaſſe, cis Jordanem. Quomodo ergo in Galaad, inde unde venerant, ibi ſtantes, receſſerunt? Præter expoſita Tom. 4. T. 11. n. 6. dico, duos fuiſſe montes Galaad. Alterum in Eoa, ſeu Orientali regione verſus Euphratem in tribu Gad, de quo ſæpe in Biblijs ſact. Alium in tribu Manaſſe in occidenta parte; de illo Cantic. 4. 1. & 6. 4. Abulenſ. hic, quaſt. 6. inſit: Mons Galaad hic, mons parvus ad occidentem partem Jordanis circa urbem Jeruſalem. Unde textus genuinus ſenſus; de monte Galaad, qui in tribu Manaſſe, reverſi ſunt viginti duo millia virorum, qui in pugnam venerant de monte Galaad, ultra Jordanem in tribu Gad. In diſiſione montium Gelboe, eſt mons Galaad, ad cuius radicem Fons Arad.

Fons Arad.

Antilogia.

Mors Ananæ Fanaſſici.

4 Anno abhinc 1672. calculo Brietij, juxta ſententiam Alapid. in Jerem. 28. 1. & 16. aſſignatur mors Ananæ pseudopphetæ, de qua 6. Septembr. n. 7. Fallitur, quia illum annum arbitratur Sabbaticum, incipientem à Septembri, & non à Niſan. Beyertinck hac die ſignat Bacchanalia Judæorum. Aberrat credè, & ad libitum ſomniat vigil. Vide, 1. Septembr. n. 4.

5 Haud quietere valebat Antiochus Epiphanes intra Syriam, ſurrepto nepoti Demetrio regno; ambebatque varijs coloribus quadrageſima per æra, Equites diſcurrerunt.

ribus Ægyptum; quippe illinc primà expeditione reverſus, opimus ipſiſ onuſtus, ut dicemus 30. Jun. à n. 2. & prænuſciavit Daniël, 11. à v. 29. Propoſitum expeditionum, eti ille vaſer ſimularer, ſignatur, 1. Machab. 1. 17. Ut regnaret ſuper duo regna. Nonnullis placet, reſtitutionis Prolemæi Philometoris è regno expulſi à civibus, ac fratre, prætextu ductum; igitur apud ſe habebat Philometorem: de quo loc. cit. Cognita ergo avanculi Antiochii intentione perſidà à Prolemæis; Philometor cum fratre & ſore ſore pacem firmat, & omnes uno animo Romam legatos mittunt, auxilia petunt, fidem ſocietatis implorantes; motuque eſt Senatus precibus fratrum, quorum tres legati Idibus Martij in Senatu auditi ſunt, auxiliumque decretum, & quamprimum, ut Antiochus arceſſeretur. Livius, lib. 44. & Juſtin. lib. 34. Ille reſcivit, & ne quæſimonij fratrum, moveretur Senatus; miſit Romano exercitui haud contemnenda auxilia adverſus Perſeum, Macedoniæ Regem.

Denud Antioch. Epiphanes conatur perire in vadere.

6 Verùm à primo propoſito non reſiſſit. Prolemæorum concordia (ſubdit Tit. Livius, lib. 45.) adeo eſt oſenſus; ut multo acrius inſeſtiusque adverſus duos, quam ante adverſus unum, pararet bellum. Briet. ann. 3883. refert, ad Antiochum legatos primum pro pace Prolemæos miſiſe, qui re inſecta Romam brevi pervenerunt: quibus auditis, ad coercionem ambitus Antiochi, cum alijs deſignatus eſt legatus C. Popilius Lænas, qui Epiphanem juberet abſtinere ab Ægypto; aut ſi jam inceſſiſſet, illic excedere. Juſtin. lib. 34. Popilius ergo tantum ad iter ita ſubito teſe paravit; ut intra triduum cum alijs legatis Romam exceſſerit: verùm legatio bello Macedonico ita detenta, ut non niſi poſt annum & aliquot menses, ſortiretur effectum, & poſt devictum primo Perſeum à Conſule Licinio Craſſo. Tit. Liv. lib. 44. Riſit Antiochus legationem, quippe illi viſum, antequàm Romam pervenirent, Alexandriam ſub ejus poteſtate futuram. Quapropter ex varijs nationibus ſuper Syros, Phœnicios, & aliquot Judæos, exercitum conduxit formidabilem, ac Ægyptum invaſit, uti videbimus, 15. April. n. 4.

Exercitum conducit.

7 Antequàm Ægyptum ſecundo invaderet, ſuper Jeruſalem viſa ſunt meteorologica horribilia portenta, futuri mali præaunciam, ut dicitur 2. Machab. 5. à 1. Eodem Tempore Antiochus ſecundam proſeſtionem paravit in Ægyptum. Contigit autem per univerſam Jeruſalymorum civitatem videri diebus quadrageſima per æra, Equites diſcurrerunt.

Tunc apparuerunt meteorologica.

Tom. 1. Ephem.

Ddd